IOSEPHI

ACOSTAE

È SOCIETA-
TE IESV,

CONCIONES DE ADVENTV.

Id eſt de omnibus Dominicis & Feſtis diebus à Dominica vigeſimaquarta poſt Pentecoſten vſque ad Quadrageſimam.

Quarum numerum & locum Index initio præfixus oſtendit.

Res verò, & inſigniores Scripturæ locos tractatos duo alij Indices continent.

De la libreria de el Coll.o de Sal.ca

SALMANTICÆ,

Apud Ioannem, & Andreã Renaut fratres.

M. D. XCVII.

Licencia del Padre Chriſtoual de Ribera, Prouincial.

CHRISTOPHORVS de Ribera Prouincialis Societatis Ieſu in Prouincia Caſtellæ, poteſtate ad id mihi facta à Reuerẽdo admodum Patre Claudio Aquauiua Præpoſito noſtro Generali, facultatem concedo vt Conciones de Aduentu, à Patre Ioſepho de Acoſta noſtræ Societatis, olim Sacræ Theologiæ profeſſore compoſitæ, & eiuſdem Societatis grauium, doctorumq; hominum iudicio approbatæ, typis mandentur: in quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, ſigilloque noſtro munitas dedimus. Valliſoleti, die prima menſis Februarij, anni 1597.

Chriſtophorus de Ribera.

¶ 2

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

DOMINICA VIGESIMA QVARTA POST PENTECOSTEN,

CONCIO PRIMA.

Cùm videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta, ſtantem in loco ſancto, qui legit, intelligat, &c. Matth. 24.

NON ſine magna ratione, conſilioque perutili Eccleſia prouida mater, & ſapiens, Dominicam hãc conſtituit totius anni vltimam, eamque hærere voluit primæ Dominicæ aduentus, quæ caput eſt, atque initium Eccleſiaſtici temporis; neque diſiungi has duas inter ſe paſſa eſt, quanuis ſuperſint aliæ de numero earum, quas vagantes vocare ſolemus: ſed ita eas interponi iuſſit, vt hæc ſemper eſſet extrema, totusque annus hoc tãquam optimo limite clauderetur. Cuius rei ſi cauſam ex me quæritis, cùm nihil agat Eccleſia Chriſti, niſi conſideratè, & prudenter, illam facilè afferre poſſum, quod hæc vltima Dominica ſummopere cum illa prima cõſentiat, ſitque vtriuſque argumentum idem, finis ſæculi, diesque iudicij: idem proinde vtriuſque inſtitutum, & communis vtilitas, timor Dei, & bonæ vitæ integritas. Perfecto enim circulo, vt Philoſophi tradunt, idem eſt punctum, & initium, & finis. Itaque annum conſtat tunc eſſe perfectum, vt Macrobius etiam ſcribit, [cùm Sol ad id ſignũ

Pars prima; conſultò Eccleſiam initio, & exitu anni, Iudicij diem proponere.

Macrob. ſaturnal. libr. 1. cap. 4.

Verbum Dei eſſe granum frumenti, humanam eloquentiam paleas. in Sexageſ.C.2.p.1.pag.525
Verbum Dei à quo, & in quo loco ſerendum.ibid.p.2.pag.527
Verbum Dei in paucis ad fructum vſque peruenit.ibid.p.3.pag.530
Verbum Dei audientium quadruplex conditio. ibidem. C.3.p.1. pag.538
Ex operibus magis quam ex verbis quiſque cognoſcitur. D.2. Aduent. C.3.p.5.pag.94
Veritas male accipitur. ibidem. C. 1.p.3.pag.78
Veritatis ſtudium & laus. D.3. Aduent.C.3.p.2.pag.118
Viduæ honeſtæ mores. D.infra octa. Natiuit.p.7.pag.251
Vigiliarum laus. D.in Septuag.C.3. p.2.pag.496
Vindicta Dei quo tardior, eò grauior.in feſt. S. Stephani, part.4. pag.201
Virgines in publicum prodire recuſare debent. D. infra octau. Epiphan.C.1.p.3.pag.544
Vita æterna & gratia, & iuſtitia eſt. D.in Septuag.C.4.p.1.pag.505
Vita æterna præmium & merces bonorum operum.ibidem.C.5.p.3. pag.509
Vitia ſpinis comparantur. D. in Sexageſ.C.4.p.2.pag.548
Vocationi diuinæ qua celeritate reſpondendum. D. in Quinquageſ. C.2.p.3.pag.574
Voluptates corporis eſſe ſpinas cruentas. D.in Sexageſ.C.4.p.2. 2.pag.551
Vxor qualis eſſe debeat in virum. D.2.poſt Epiphan.p.5.pag.380
Vxor qualis eſſe debeat erga familiam.ibidem.p.7.pag.383. qualis erga liberos. ibid.p.6.pag.382. vide educatio.

FINIS.

SALMANTICÆ.

Apud Ioannem, & Andream Renaut fratres.

1597.

Eſta taſſado eſte libro a tres marauedis el pliego.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA